

I.

IOANNIS SCHOLASTICI PATRIARCHAE CP.

QUINQUAGINTA TITULI CUM ALIIS VARIAE AETATIS APPENDICIBUS.

I. Ioannes, communi pene illustrium in ecclesia antiochena virorum agnomine dictus, natus in vico Sirmio 1), oriundus Cynegetica ex regione, rei primum forensi operam dedit. Publicae iuris scholae, nondum a Iustiniano suppressae, Beryti, Caesareae, in Oriente vulgo florebant. Antiochiae egregii erant antecessores, quorum precibus, ne alia memorem, Athanasius Emesenus suos ornavit commentarios. Isdem fortasse moventibus, aliorum certe ductus exemplo, Ioannes aequo scholasticus, necdum, ut videtur, ascriptus clero, leges ecclesiasticas sedulo collegit, collectasque distribuit in quinquaginta titulos. Cui parum fuit Ecclesiae suum contulisse studium, quin nomen etiam clero daret. Sacris initiatus, adeo apud patriarcham gratia valuit, ut eius vice apocrisiarius mitteretur Constantinopolim. Qua in urbe ea dexteritate aut fortuna usus est, ut sive ab imperatore sive a clero et plebe, S. Eutychio a dignitate moto surrogaretur. Inde multorum querelae satis asperae, quum alii eum haereticis faventem 2), dicant, alii « intrusum, servum gloriae et nundinatorem rerum sacrarum 3).» Mitiora suadent tum sacri honores eius memoriae dati apud Graecos, tum silentium et pax a Romanis pontificibus, qui non segnes caeterorum antistitum vindices esse solent, neque singularum ecclesiarum muti custodes. Omnem erroris nebulam dispellunt, qui nuper etiam Iustinianum eximunt 4) ab impietate Incorruptibilium. Quod spectat ad sedem audacius occupatam, haud aegre notaverim et eamdem procellam, quae Eutychium Apameam rapuit resque miscuit byzantinas, sedem quoque antiochenam perflavisse, sanctumque pepulisse Anastasium; et plane idem de Ioanne dicendum, quod antea de Gregorio Sinaita, qui per multos annos alienam rexit ecclesiam vicario iure. Ut Gregorio sancti amici et egregia fama, ita dudum Ioanni neutrum defuit. Eum quoque S. Simeon Stylites precibus et oraculis adiuvit 5), ut Gregorium beatus abbas Sergius. Et quemadmodum Ioannes Iustiniano et Iustino, sic Gregorius admirationi fuit, non Romanorum modo, sed etiam Persarum imperatoribus. Egregia demum utriusque opera supersunt, inter quae eminent L tituli quos Ioannes Antiochiae collegit, edidit vero iterum, iam patriarcha factus, et multis locupletavit auctariis. Cum obiisset a. 577, post eum S. Eutychius Byzantii rursus, ut paulo post Anastasius Antiochiae, sacra gubernacula suscepit.

II. Quale fuerit Ioannis consilium in condendis L titulis, ipsius prooemio satis declaratur. Additur in sequenti indice quidnam habuerit ad manum, quaeve acceperit. Cui viam stravit aliud simile LX titulorum opus. Praesto fuit codex canonum ex decem conciliis

1) *Sirmio*. Theophan. Chronogr. ad ann. 3557
p. 51. Vita S. Simeonis styl. n. 24.

2) *Faventem*. Cf. Bolland. XXI Febr. Interpraetem.

3) *Sacrarum*. Baron. ad ann. 564 n. 14. Bolland.
Hist. chron. patriarch. CP. n. 31. Nemo disertius

de eo egit quam Assemanus in Bibl. Iur. or. t. III
p. 293-479.

4) *Eximunt*. Cf. Al. Vincenzi Origen. Vindiciae

t. IV per totum.

5) *Adiuvit*. Bolland. XXIV Maii in vita l. c.

conflatus; sed Ioannes LXVIII Basilii canones (a XVII ad LXXXV) primus addidit. Erit fortasse qui quum viderit in L quoque libros dividi Iustiniani Digestos, velit inde Ioanni venisse similis quinquagena consilium. Immo ex Codice, statim ut inserta in eum fuerit novella 1) quae vim publici iuris dedit canonibus conciliorum in Ecclesia iam receptorum, derivari ego crediderim tum syntagma sive codicem decem synodorum, tum consuetudinem ecclesiasticas leges sub certis titulis distribuendi. Haud clericis enim tantum, sed ipsis antecessoribus, hac novella edita, necesse prorsus erat et leges Ecclesiae noscere, easque facili usurpare indagine. At semel iterumque post alios Ioannes rem confecit; quomodo autem a posteriore prius differat Ioannis opus, aegre coniectare datur. Inter multas codicum varietates, haud negaverim duplarem occurtere scripturam, unam ab editis titulis haud multo dissimilem, alteram vetustissimo codice vaticano, saeculi IX manu, feliciter insertam. Sed quum plusquam dimidiam venerandi codicis partem aevum tulerit, desperaverim fortasse amissa resarcire, nisi appulisset nuperrime in bibliothecam Parisiensem, cl. v. Minoïdae Mynae opera, codex alter, e monte Atho acceptus, simillimus vaticano. Eadem plane operis ratio, eadem etiam in marginibus scholia, eaedem post titulos appendices. Quidni opiner ad titulos Ioannis secundisque eiusdem curis ea accessisse quaecumque in utroque codice crescent sensim ac pro re nata, prout ad Ioannis manum obvenerunt aut ex eius tabulis fluxerunt? In utroque enim codice sunt, servato hinc et inde eodem ordine, nicaenus canon περὶ τοῦ ἀγίου πάσχα, tum LXXXVII capitula de quibus mox, deinde Basilii epistolae et pægallæ quae ipsius priores et posteriores continent canones in titulis omissos, tum Nysseni, Timothei Alexandrini, Gregorii Thaumaturgi, Athanasii, Dionysii demum Alexandrini canonica opera, in quibus iam pene integer habetur nucleus, qui ab ipsa rerum turba indigestus emicat, unde coaluit corpus canonicarum epistolarum, quae in titulis quidem desiderantur, sed paulo post Ioannem et ante Trullanos vim legis obtinuerunt. Dubio procul accessisse canonibus putem quaedam capita ecclesiastica ex novellis quae ipse Ioannes in LXXXVII capitula divisit.

III. Haec enim titulis addita fuisse a Ioanne iam patriarcha CP. statuitur omnibus fere codicibus qui plus minus integrum habent vaticani parisiensisque epigraphen, quae simul L titulorum clausula est et inscriptio LXXXVII capitulorum: ἐπληρώθη σὺν Θεῷ ἡ συναγωγὴ τῶν θείων κανόνων, ἐν νέτελοις διηρημένων, καὶ ἐκ τῶν νεαρῶν διατάξεων τὰ 2) πέντε κεφάλαια Ἰωάννου ἀρχιεπισκόπου ΚΠ. τοῦ ἀπὸ σχολαστικῶν. « Finita cum Deo est sacrorum canonum collectio

1) *Novella*. Scilicet VI ad Epiphanium archiepiscopum CP. data a. 535.

2) *Appendices*. Utrumque praestat ad alterum, iunctis pressisque lateribus, admovere sub litteris A (vatic.) et B (paris). I. collectio L titulorum, A f. 1-33; B f. 1-74, sed exciderunt in A capp. I-XXXII et XLI-XLVII. — II. Nicaenum de pascha decretum, A f. 33, B f. 74. — III. Capp. LXXXVII, A f. 34, B f. 74. — IV. Basilii epistola I canonica ad Amphilochium, A f. 54, B f. 105. — V. Nysseni epist. ad Letoium, A f. 66, B f. 112. — VI. Timothei responsa XV, A f. 78, B f. 121. — VII. Basilius ad Gregorium presbyterum, A f. 81, B f. 124. — VIII. Basilius ex capite 27 de Spiritu

Sancto, A f. 83, B f. 126. — IX. Gregorii Thaumaturgi epistola canonica, A f. 84, B f. 128. — X. Athanasii ad Ammon, A f. 88, B f. 128. — XI. Dionysii epistola ad Basilidem, A f. 93, B f. 131. — XII. Basilius ex capite XXVII et XXIX, ut superiora compleantur, A f. 106, B f. 135-149. Huc usque A, ex iis fortasse absolvendus quae in B sequuntur, sed plerumque post Ioannem apud Graecos circumdata sunt, scilicet canones Cypriani et Africanorum f. 144-160, canones alterius synodi nicaenae f. 160, Anonymus de VII synodis f. 168, trullana quaedam f. 169, alia variorum de iuramentis, et mutilae Sisinnii ectheses. Ipse autem parisiensis haud integer e Monte Atho venit.

in L titulos disperita, ac simul LXXXVII capitula ex novellis excerpta a Ioanne archiepiscopo CP, qui ex scholasticis fuit. 1) » Capitulis de suo ne verbum quidem praestitit, sed inseruit XI novellas, caute et parce receptas, ut infra videtur. Neque etiam regia verba tam presse retinuit, quin plura breviori exprimeret compendio, more scholiorum, quae *indices* tunc vocabantur, ut fert cum duobus praecipuis codicibus vaticano et parisiensi, alter in monte Atho relictus 2): ὡς ἐν ἴνδικῃ. Praeterea brevissimo capitulorum prooemio notatur iam obiisse Iustinianum *divae memoriae* (τῆς Σείας ληξεως): unde si tituli antiquiores esse nequeunt annis 530–535, capitula infra annos 564–578 incident requiritur. Quanti vero pretii sit totum opus, facit in primis S. Papa Nicolaus, qui ad illam *Concordiam canonum contra Photium* provocat 3); testantur permulti codices; confirmant auctaria subinde orta; variis tradunt linguis versiones apud Syros, Aethiopes, Arabes, Slavos; suffragantur iuris ecclesiastici magistri, Arsenius in primis quem lubet minus aequo Balsamoni 4) opponere; neque silent etiam periti legum civilium, id quod sequentia ostendunt continuo.

IV. 1. Ioannis enim vestigia pone sequitur, nisi idem ipse sit, auctor syllogae quae inscribitur: Ἐπερα κεφάλαια ἐκκλησιαστικά. Sunt XXII capitula, quae ad unum omnia ex ipsis iisdemque novellis desumuntur, et tam in mss. quam in edito Iustelli libro recte Ioanni adiacent. Neque omittendum, ibidem occurrere plura quae ipsum fontem integriorem uberioremque exhibent, quam ut nunc, etiam post multorum curas habetur. Undenam vero capitula tam proxime Ioanni adhaereant, unoque pede cum caeteris LXXXVII ac simili prorsus gressu procedant, vix intelligo, nisi fuerint ipsum Ioannis opus, primum in XXII, deinde in LXXXVII particulas ex iisdem novellis distributum. Quod plane confirmat variorum codicum subscriptio: τέλος τῶν κεφαλαίων ἐκ τῶν νεαρῶν τῶν περὶ ἐκκλησιαστικῆς διοικήσεως Ἰωάννου ἀρχιεπισκόπου ΚΠ. τοῦ ἐπὸ σχολαστικῶν 5).

2. Alius Ioannis aemulus similem exegit collectionem quae dicitur XXV Capitulorum, ex codice potius hausta quam ex novellis: pars enim multo maior, scilicet priora XVIII capitula, totidem codicis referunt leges, Theodosio, Leoni, Iustiniano ascriptas, posteriora VII pertinent ad novellas CXX, CXXXI, CXXXII, CXXXIII, CXXXVII; quae quidem omnia, si pauca excipias, fortasse Ioannes consulto omiserat. Sed pleraque alias non extant graece: inde erecti multorum animi a tribus saeculis, ut editio omnibus numeris absolveretur, quae nobis eadem vulgandi omne onus levavit. Caeterum multis licet in codicibus rescripta, collectio tamen ab antiquis magistris tantum non neglecta fuit. Auctor habetur quidam byzantinus clericus, cui praesto erant novellarum exempla, quae ad patriarchas mitti et inscribi solebant, ut in publico eorum archivio conde-

1) *Fuit*. Vide infra titulorum varietates, sed sine mora conferatur alia inscriptio codd. florent. et coislin. Ἰωάννου ἀρχιεπόπου ΚΠ., τοῦ μίσου Εὐτυχίου, συναγωγὴ κατόνων εὐ γ' τίτλοις διηγεμένην. Corruat igitur necesse est Bandinii et Lambecii sententia, qui uno alterove codice decepti, collectionem Balsamoni tribuerunt. Vid. Laurent. Catal. t. 1. p. 402; Lambecii lib. VIII p. 960 Kollar.

2) *Relictus*. In monasterio Φιλοθέου. Multa nimis ad hanc Heimbach. p. XLVII.

3) *Provocat*. Epist. ad Photium; « Quomodo non

sunt penes vos canones sardenses, quando inter L titulos quibus *Concordia canonum* apud vos texitur, ipsi quoque reperiuntur? » Inde nullo iure intulit Iustellus, Ioannem fuisse omnium primum qui hos canones in codicem Ecclesiae inseruit.

4) *Balsamoris*. Ad can. trullan. 1, cf. Rballi syn-tagm t. II. p. 311.

5) Σχολαστικῶν. Ita codd. bodleian. 86, laurent. Pl. V, 22, etc. Notavit Heimbachius apud Iustellum XXI capitula adesse, littera δ̄ numeri IV duabus diversis addita.

rentur. Neque ab aetate Ioannis multum recedit, quum de Iustiniano tanquam recente agat, et novellis ita utatur, ac si nondum in fasciculum coactae, σποράδην vagarentur 1).

3. Tertius huiusmodi collector succedere solet in codicibus, neque etiam Iustello defuit, curante egregia Fabroti post alios opera; in quo libro non codex solum et novellae, sed etiam Institutiones sive Digesti in usum Ecclesiae extenduntur. Summa epigrapha est a fronte: Νόμος Ἰουστινιανοῦ βασιλέως, *Lex Iustiniani Imperatoris*, quod fusius extenditur in hunc titulum: Συναγωγὴ τῶν εἰρημένων ἐν τῷ κώδικι καὶ τοῖς διγέστοις καὶ νεαρᾶς διατάξεσι, περὶ ἐπισκόπων καὶ κληρικῶν καὶ μοναχῶν καὶ πραγμάτων εὐχῆων, ἔτι δὲ καὶ Ἰεράρχων καὶ αἱρετικῶν. «Collectio expositorum in codice et digestis et novellis constitutionibus de episcopis et clericis et monachis et rebus sacris atque etiam de Iudeis et haereticis:» Tripartitum esse opus iam per se liquet. Pars autem prima ac praecipua praecedentem titulum sibi vindicare posset, in eo saltem sensu quod codex Iustiniani summam rerum dederit; omnia certe derivantur ex prioribus XI libris et dividuntur in XIII titulos, cum argumento huius primae partis cohaerentes. Praeterea omnibus titulis, si VI, VIII et XI excipias, accedunt loca parallela, quae paratitla inscribuntur, et referunt varios codicis libros, variasque novellas, quae tamen haud semper cum tituli arguento consentiunt. Quaecumque demum titulis XIII continentur, ea deinceps numeris distinguuntur diligenter positis. Secundae vero partis inscriptio a praecedenti differt in primis tantum et ultimis verbis: Συναγωγὴ τῶν σποράδην ἐν τοῖς διγέστοις καὶ ἴστιτούτοις κειμένων . . . καὶ περὶ ἀποτρεψῆς παιδῶν, γερόντων καὶ ἀσθενῶν. Sex tituli huius partis sunt, nulla autem paratitla, neque ullis numeris quidquam distinguitur. Pars tertia brevius inscribitur: Καὶ ἐκ τῶν μετὰ τὸν κώδικα νεαρῶν διατάξεων. Tres tantum titulos habet, novellas XXXIV respicit, neque paratitlis caret. Quae quidem pars postrema, quum reperta sit nihil aliud esse quam tres tituli priores huius commentarii quem Athanasius Scholasticus in novellas exegit, iam facilius negligi potuit. Ex secunda autem parte si ultimum sumpseris titulum *de laicis communibusque personis* ut eum primae parti adnectas, totius collectionis argumentum in XIV titulis exhauditur. Aut ego fallor, aut inde profectus est gnarus, doctusque vir, qui primus Nomocanonis XIV titulorum parens habendus est. Quid vero, si idem sit unusque tam nomocanonis quam tripartitae collectionis conditor? Pace summorum virorum qui ita sentiunt, quantum a rudi saxo statua affabre sculpta distat, tantum hanc farraginem superat artificiosa nomocanonis moles, quippe quae ter in eadem non recidit, quae ab initio formosa et ampla, inde non desinit in incompta fragmenta, quae demum partem integrum sive tertiam, tacito quasi furto, ab alieno non rapuit auctore. Verba autem quaedam ex prooemio nomocanonis, quae causam in primis facessunt, suo mox loco declarabuntur, aliisque satis fiet exceptionibus. Quum vero soleant ad calcem tripartitae collectionis ponи quasi praeposterae tres Heraclii imperatoris novellae, inde colligitur auctorem saeculo VII antiquiorem esse, immo scripsisse ante Tiberium et Mauricum, de quibus silet, nec multo post Athanasium et Ioannem Scholasticum floruisse. Caeterum elegantius totum argumentum est, quam ut sequenti articulo non reservetur, iterum et uberiorum exornandum.

1) *Vagarentur*. Prolixe haec persequitur Heimbachius in cap. II prolegom. t. II, qui post Augu-

stinum, Iustellum, Leunclavium, eadem integriora repetit p. 145-200.

4. Quartus Ioannis aemulator, caeteris praestantior fortasse est; is p[re]ae oculis habens utrumque Ioannis opus, ita leges canonesque iunxit, ut ad singulos titulos, recitatis primum canonibus, statim συνάδοντα νόμιμα subsequantur. Ea proin colligendi ratione usus est, quae ad alteram scholam mox describendam pertinet, qui tamen cum Ioanne tam aperte iungitur, ut silentio hic praetermitti nequiret. Caeterum, de suo nihil dedit, praeter unum aut alterum dubiae originis scholium. Ab iisdem vero fontibus hausit abunde, nec L titulos, neque XXV aut LXXXVII capitula tantum adhibuit, sed liberius totum codicis, digestorum, novellarumque censum in vectigal adduxit, neque etiam abstinuit ab Athanasii commentario. Sed ubi sive Ioannem, sive Athanasium suos in usus effudit, utrumque contraxit aliquando, aliquando auxit, neque caetera parcus usurpavit. Canones vero neque numero addi, neque minui passus est, sed verba neglexit, nudis usus canonum numeris nominibusque conciliorum. Quibus perpensis, auctor floruisse dicendus est haud procul ab aevo Iustiniani. Haud ita multos sibi codices vindicat, neque frequenti usu commendatur.

5. Post Trullanos patres, sed ante photiana tempora fuit, ut opinor, alias anonymus, qui, praecedentis vestigia presse insecurus, paulo ubiores sibi canones praestitit, etiam quaedam accepit ex trullanis, nisi tamen ea casu non ceciderint e margine in textum; atque etiam νόμιμα fruticare iussit, lacunas implevit, et aliquando quae sibi largiora erant, constrinxit liberiori compendio. Sed quum unicus quem sciam codex huius operaे supersit, vaticanus 840, nolim quidquam confidentius asserere.

6. Unus item aut alter codex alium prodit Nomocanoris editorem qui saeculo circiter XI floruit, et praeter synodos saec. VIII et IX celebratas, multa potissimum ex canonicis patrum epistolis accepit, neque etiam omisit Afrorum canones quos Ioannes omnino ignoravisse videtur aut omisisse.

7. Unus pariter vaticanus codex est, numero 640, in quo extat ultimus magister hic memorandus: caeteris omnibus recentior apertissime, vix aetate et elegantia maior, quam rudis illa et male assuta charta XV saeculi, in qua involvitur: timeo enim vero ne operam luserit Assemanus qui in his chartis insudavit describendis, quum tumultuaria sint agendi potius quam acti operis elementa; quum innumerae paginae, auctariis paratae, maneant albae et vacuae; quum etiam quae impletæ sunt, aut titulos aut rubricas adbuc expectent. Notatu dignum tamen est, etiam diu post acerbam Balsamonis de Ioanne censuram, haud desuisse vel inter recentiores gnarum hominem operosumque L titulorum indagatorem, quorum ad normam cum multo labore excussit universam utriusque iuris supellectilem, ut singulos titulos amplissimis ornaret fimbriis. Plenis enim manibus primum canones sparsit trullanos, nicaenos, photianos, africanos et innumeræ regulas Basili, Dionysii, Petri, Athanasii, Cyrilli, triplicis Gregorii, Genadii, Nectarii, Tarasii, Nicephori, Nicolai, Sisinnii, Nicetae Heracleensis, Germani Iunioris, quae non ieunis modo titulis, sed ipsis recitavit verbis; tum etiam scrutari non neglexit tabulas, edicta, novellas sive ante sive post Iustinianum, usque ad Manuelem Comnenum, Ioannem Ducam, Andronicum Palaeologum, ad alios atque alios. Nolim desperare plura de eodem et diligentiora dicere, sed suo tempore, nec nisi in ultimis huius historiae tomis, eos interim qui statim plura desiderant, ad Assemanum mandaturus.

V. Quid vero in sequentibus egerim, paucis eloquar. Post indicem omnium quos superesse novi codicum Ioannis Scholastici, primus locus erit L titulis dandus, iuxta codices simillimos vaticanum veterem et recentem parisiensem, collatis caeteris, quos sere editio Iustelliana redhibet, sed non recitatis ex integro canonibus, ne superiorem tomum repetere cogar; in quo, ne illud omittam, continuo dedi tum ex vaticano codice, tum ex Iustello varias scripturas. Titulos excipient LXXXVII capitula, graece tantum, praemissis argumentis quae sat ampla et perspicua erunt, ut interpretis vicem expleant. Inde Capitula XXII, quae omnino eadem sunt ac praecedentia, nudo schemate conferentur. Altera collectio XXV capitulorum simul et illa quae tripartita dicitur ex vaticanis codicibus accipient florilegium multa varietate distinctum. Ex iisdem membranis commode Nomocanon multiplici elenco et simili varietate emendabitur, aut locis augebitur quae in Iustelli unica et inconcinna editione desiderantur. Quae omnia eo brevius exequemur, quod alieni fori pene sint, atque in multis indolem referant photiani syntagmatis ac facile in sequentem de Nomocanone tractatum reservarentur. Si quid demum amplius quaesieris, babes Iustellum qui titulos et Nomocanonem solus satis integre dedit; habes eumdem, Leunclavum, Antonium Augustinum, Fabrotum, qui studia contulerunt in tripartitam collectionem et paratitla. Et post Pasinum, Bandinum, Assemanum, Bienerium, qui caetera fusius descripserunt, babes nostri temporis Heimbachium, qui novam in lucem et LXXXVII et XXV capitula produxit.

Vatic. 843 IX saec. — Vide supra p. 269 not. 2.

— 640 XV saec. — Nomocan. L titul. cum canonibus et legibus fuse scriptis f. 90-206.

— 827 XII saec. — Prol. ad L titul. f. 1.

— 840 XVI saec. — Nomocanon f. 15-38.

— 846 XIV saec. — LXXXVII capp. f. 1. — XXV capp. f. 15. — Collectio tripart. f. 49.

— 1142 XV saec. — LXXXVII capp. f. 75-95.

— 1167 XIII saec. — Eadem f. 106-119.

— 1185 XVI saec. — LXXXVII f. 575. — XXV capp. f. 676. — Coll. trip. f. 737.

— 1287 XII saec. — Nomocan. f. 45. — XXI capp. ecclesiastica et XXV capp. imperfecta.

— 2060 XII saec. — LXXXVII capp. f. 169. — XXV capp. f. 183. — Coll. tripartita f. 208.

Palatin. 376 XI saec. — Capp. LXXXVII f. 135. — XXV capp. f. 150. — Collectio trip. f. 222.

Barberin. III. 42 XI-XIII saec. — Capp. LXXXVII f. 118 — 136, desinit in cap. LXVI.

— IV. 58 X. saec. — Ex capp. LXXXVII f. 1, 2.

— VI. 17. — Prologus titul. f. 3, tituli L f. 60-66.

Collegii Romani 4.2.8. (al. D. 20) saec. XVI. — capp. LXXXVII f. 139. — Capp. XXV f. 150. — C. trip. f. 172.

Vallicellian. C. II. 1 XII saec. — Capp. LXXXVII, f. 235. — XXV capp. f. 250. — Coll. trip. f. 281.

— F. 47 XIII saec. — LXXXVII capp. f. 258.

— E. 55 XII saec. — LXXXVII capp. f. 135-141.

Laurentian. Pl. V cod. 22 XI saec. — L tituli f. 1. — Nomocan. f. 60. — Capp. eccles. XXI, f. 76.

Pl. IX cod. 8 XI saec. — L tituli f. 39-67. — Capp. LXXXVII f. 226-244.

— Pl. X cod. 1 XI saec. — Capp. LXXXVII f. 254-267.

— Pl. X cod. 10 XI saec. — L tituli Nomocanonis f. 4. — Capp. LXXXVII f. 226. — Capp. XXV f. 244. — Coll. tripart. ad calcem.

— Pl. LVI cod. 13 XV saec. — Capp. LXXXVII f. 35. — Capp. XXV f. 46. — Coll. tripart. f. 70.

Ambrosian. D. 317 infer. — L tituli 8.loco, — Coll. trip. 8.loco.

— E. 94 super. XV saec. — Nomocanon. — Capp. eccl. XXI circa med.

— L. 49 super. — Coll. trip. imperf. ad calcem.

Marcian. 169 XIII saec. — Prol. L titul. f. 2. — LXXXVII capp. f. 197. — Coll. XXV capp. f. 212 — Collect. tripartita f. 241.

- Marcian.** 170 XIII saec.—Prol. L titul. f. 46.—LXXXVII capp. f. 189.—Coll. XXV capp. et coll. trip. ad calcem.
- Nan. 226 XII saec.—L tituli f. 170.—Capp. eccl. XXI, f. 191.
 - Nan. 233 — L tituli f. 1.
 - Nan. 338 — LXXXVII capp.
- Taurinensis** 26.—LXXXVII capp. f. 39.—Coll. trip. f. 100.
- 84.—Prol. L tit. f. 34.—LXXXVII capp. ib.
 - 103 XII saec.—LXXXVII capp. f. 245.—XXV capp. f. 267.—Coll. trip. f. 301.
 - 170 XV saec.—L tituli f. 1.—Capp. eccl. XXI f. 28.
- Neapolitan.** Borbon. 1. A. 4.—L. tituli — Capp. LXXXVII.
- Parisiens.** 1320 XIII saec.—LXXXVII capp. f. 212.—XXV capp. f. 226.
- 1324 XII saec.—Prol. I. L. titul.—LXXXVII capp. f. 243.—XXV capp. f. 266.—Coll. trip. f. 31.
 - 1326 XI saec.—L tituli f. 102.—XXV capp. f. 118.
 - 1334 XII saec.—L tituli f.—LXXXVII capp. f. 203.—XXV capp. f. 219.
 - 1355 XV saec.—LXXXVII capp. f. 356.—XXV capp. f. 365.
 - 1370]XIII saec. ex quo lustellus totam editionem suam adornavit.—L titul. f. 102.
- Colslin.** 84 XII saec.—Prol. L titul. f. 2.—LXXXVII capp. f. 177.
- 209, IX-X saec.—L tituli f. 1.—LXXXVII capp. f. 157.—XXV capp. f. 177.
 - 364, a. 1295,—L tituli f. 1-12
- Supplm.** 483, XIV saec.—L tituli f. 1.—LXXXVII capp. f. 74, caetera v. supra p. 369.
- Inter codd. Minoidae Mynae n.** 489 X saec.—LXXXVII. capp. f. 210.—XXV capp. f. 229 — Coll. trip. f. 264.
- Oxon.** Bodleian. 86 XIII saec.—L tit. f 1.—Nomocanon. f. 43.—Capp. XXI. f. 62.
- Barocc.** 173 XII saec.—LXXXVII capp. f. 1.—Coll. tripart. f. 20.—XXV capp.
- 185 XIV saec.—LXXXVII capp. f. 163.—XXV capp. f. 181.—Coll. tripart. f. 216.
 - 186 XI saec.—Eadem ad calcem.
 - 196 XI saec.—LXXXVII capp. f. 226.—XXV capp. f. 243.
- Meermann.** 176 XI saec.—Capp. LXXXVII f. 220.
- Laudian.** 73 (al. 715) XI saec.—Capp. LXXXVII f. 240.
- 149.—XXII titul. f. 1 — Coll. trip. f. 48.
- Huntingdon.** 25 XV saec.—Ex L titulis f. 27-37.
- Rawlinson.** 158 XIV-XV saec.—Ex LXXXVII capp. f. 14.
- Monac.** 214 XV saec. LXXXVII capp. f. 1.—XXV capp. f. 23.—Capp. XXII f. 66.—Coll. trip. f. 107.
- 380 XIV saec.—LXXXVII capp. f. 374.—XXV capp. f. 386.—Coll. tripar. f. 431.
- Tubingens.** 193 XVI saec.—LXXXVII capp.
- Vratislaviens.** S. Elisabeth XV saec.—XXV capp.
- Vindobon.** Iur. 9 (ol. XVI) — Capp. LXXXVII f. 280.—XXV capp. f. 302.—Coll. trip. f. 307.
- Iurid.** 11. (ol. XVII) a. 1191 — tituli L.—Coll. trip.
- Hist. 7 (ol. XLV) XIV saec.—L til. et capp. LXXXVII f. 216-231.
- Petroburg.** XIV X saec.—Prol. 2 tit. f. 4.—LXXXVII capp. f. 236.—XXV capp. f. 254.—C. tripart. f. 298.
- Mosquensis** 397 XIV saec.—tituli L f. 193.
- 398 XIII saec.—tituli L f. 4.
 - 432 XI saec.—L Tit. f. 21-62.—LXXXVII capp. f. 189.—XXV capp. f. 209.
 - 439 XVI saec.—Prol. et fragm. L titul.
 - Typ. 6 XV saec.—XXV capp. f. 222.—Coll. tripart. f. 238.
- Montis Atho ex monasterio Φιλοθέου,** XIII saec.—LXXXVII. capp.
- Ex monasterio τοῦ Καρακάλλου,** XIV saec.—L tit. et LXXXVII capp.
- Ex Sancta Laura cod. 6,** XII saec.—LXXXVII capp.
- L titulorum versio Syriaca in Vatican.** 127, 132, 359.
- Aethiopica in codd. Rüppel (cf. Bickell. t. 1., p. 214.)
 - Arabica in cod. Bodl. Abnalcassabi (cf. Uri catal. Orient. Bibl. Bodl. p. 41. 42.)
 - Slavica in cod. cl. V. Romanoff, saec. XIII-XIV.

I.

Συναγωγὴ κανόνων ἐκκλησιαστικῶν εἰς νέ τίτλους διηρημένη.

Collectio canonum ecclesiasticorum in L titulos divisa.

Οἱ τοῦ μεγάλου 1) Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μαθηταὶ καὶ ἀπόστολοι, καὶ μήν καὶ τῆς ἐκκλησίας αὐτῶν τῆς ὁγίας οἱ μετ' ἐκείνους καὶ κατ' ἐκείνους ἀρχιερεῖς καὶ διδάσκαλοι, τὸν ἐξ ἑθνῶν ἄμα καὶ Ἰουδαίων πληθὺν τῆς διαβολικῆς ἀπάτης καὶ τυραννίδος ἀποφοιτήσασαν 2), ὅρθη τε διανοίᾳ καὶ πίστει πρὸς τὸν βασιλέα καὶ κύριον τῆς δόξης αὐτομολήσασαν 3), ὅτιώς ποιμαίνειν ἐγχειρισθέντες ὑπὸ τῆς χάριτος, σὺν ὥστο δεῖν, ὥσπερ οἱ πολιτικοὶ νόμοι, τοὺς πλημμελοῦντας αἰχιζεσθαι· τοῦτο γάρ εὗπθες αὐτοῖς κομιδῇ, καὶ λίαν ἀτημελές 4) κατεφαίνετο· προκινθυνεύειν δὲ μᾶλλον αὐτῶν ἐτοιμότατα, καὶ τοὺς ἀνόπιν ιόντας 5) ἐπιστρέφειν ἐσπούδαζον· ἐπὶ τοὺς πλανωμένους μὲν ἔτι, καὶ τῆς εὐθείας ἐκκλίνοντας, ὡς ὁ παιμὴν ὁ καλὸς, ἀμελλητὶ καταθέοντες· τοὺς δὲ πρηνεῖς ἥδη κατενεχθέντας ἐπὶ τὸ βάραθρον ἀναπτάσαι παντοῖαις ἐπινοίαις ἀγωνιζόμενοι, καὶ τὸ μὲν ἥδη σεσπῆταις καὶ λίαν ἥρωστηκός τῇ μαχαίρᾳ τοῦ πνεύματος εὖ μάλα σοφῶς καὶ τεχνικῶς ἀποκέοντες· τὸ δὲ συντριβὲν ἐξ αὐτῶν καὶ λυόμενον φαρμάκοις τισὶν ἀπαλοῖς καὶ δεσμοῖς λογικοῖς ἐπισφίγγοντες· εὕτω τῇ χάριτι καὶ συνεργείᾳ τοῦ Πνεύματος ἐπὶ τὴν πρώτην ὑγείαν ἐπανίγαγον 6) τοὺς κάρμοντας. Ἰνα τοίνυν καὶ αὐδῆς οἱ μετ' ἐκείνους 7) ἐσόμενοι τοὺς ὑπὸ αὐτῶν ἀρχόμενους ἀβλαβεῖς διασώζωσι, τούτων ἕκαστοι κατὰ καίρους ἴδιους εἰς ταῦτα συνιόντες 8) οἱ τρισμακάριοι, τῆς Θείας χάριτος σίκονομούστης τοῦτο, καὶ συναθροιζόστης ἔκάστης αὐτῶν συνόδου τὸν σύλλογον, νόμους τινὰς καὶ κανόνας, οὓς πολιτικοὺς, ἀλλὰ θείους περὶ τῶν πρακτέων ἢ μὴ πρακτέων ἐξέθεντο, τὸν ἐκάστου βίον καὶ τρόπον ἐπαναρθεῖμενοι· τοὺς μὲν ὁδῷ βασιλικῇ πορευομένους

Magni Dei et Servatoris nostri Iesu Christi discipuli et apostoli, atque etiam sanctae ipsius Ecclesiae pontifices et doctores, tum qui illorum temporibus, tum qui post illos fuere, cum hoc a divina gratia sibi commissum haberent, ut cum gentium, tum Iudeorum multitudinem quae a diabolica fraude et tyrannide recesserat, rectaque mente et fide ad regem et Dominum gloriae ultro se contulerat, sancte pascerent: non existimabant oportere, sicut civiles leges sanciunt, delinquentes verberibus fodare (hoc enim valde absurdum et summopere in honestum ipsis videbatur), quin potius toto studio in id incumbeant, ut pro ipsis magna cum alacritate periculum adirent aversosque reducent: dum ad eos qui errabant adhuc et a recta via deflectebant, sicut pastor bonus, sine cunctatione currerent; eos vero qui iam praecipites delapsi

Titulum habet unica editio Iustelliana: Ἰωάννου πρεσβυτέρου Ἀντιοχείας τοῦ ἀπὸ σχολαστικῶν, οὗτος συντάττει τοὺς ὄλους κανόνας εἰς νέ τ. δ. paulo supra accepimus ex codd. coisl. et laurentiano Pl. V. Alter coisl. 364 inscribitur: Συναγωγὴ καὶ ἐκκλ. περὶ ὑποθεσεων ζητουμένων εἰς ν. τ. δ. Duo codd. germani vaticanus vetus et parisiensis eamdem in clausula epigraphen referunt: Κανόνες τῶν ἀγίων ἀποστόλων καὶ τῶν ἀγίων ἱεραρχῶν καὶ τοῦ ἀγίου Βασιλείου εἰς νέ τιτλ. διηρημένοι. Ab omnibus codd. recedit parisinus 1370 in quo legitur: Συναγ. καν. εἰς ν. τιτλ. διηρ. παρὰ θεοδωρήτου ἐπισκόπου Κυρροῦ.

erant in barathrum, sursum altrahere omnimodis molitionibus contenderent, et id quod iam putruerat graviterque affectum erat, spiritus gladio sapienter admodum et cum magna solertia abscinderent; quicquid vero ex ipsis contritum erat et dissolutum, lenibus quibusdam medicamentis vinculisque rationi consentaneis adstringerent. Sic gratia atque auxilio spiritus ad pristinam sanitatem aegrotantes reduxerunt. Ut igitur et qui post illos futuri erant sibi subditos incolumes conservarent, horum singuli suis temporibus in unum convenientes ter beati, divina gratia hoc dispensante, atque unaquaque synodo ipsorum conventum congregante, leges quasdam et canones non civiles, sed divinas de iis quae agenda sunt, et non agenda exposuerunt, uniuscuiusque vitam et mores emendantes: eos quidem qui regia via incederent sufficiens, ipsos vero cum ad

Inde alii audacius Theodorum Balsamonem intruserunt. Caeteri cum nostro breviore titulo fere in omnibus consentiunt.

1) καὶ Θεοῦ καὶ σωτῆρος coisl. 2 (sive 364). —2) ἀποφοιτήσας petroburg. mosquensis 1 (432), a quo lapsu mosquensis 2 (439) trahitur ad insolentiora: ἀποφοιτήσας ἀνορθοὶ τῇ διανοίᾳ. —3) αὐτομολήσας mosq. 1.—4) ἀτελὲς mosq. f. ἀτιμαστές 2.—5) ἀναπίνοντας id. mox ἐπειτα τοὺς vatic. 2, oxon. 1, mosq. 1, petroburg. —6) ἐκανῆγον mosq. 1, coisl. 1, vatic. 2.—7) κατ' ἐκείνους mosq. 1.—ἐκόμενοι al. cod. Iustelli.—8) εἰς αὐτὸς mosq. 2. εἰς ταῦτα

ὑποστηρίζοντες, ἐπιτιμῶντες δὲ αὐτοὺς 1) ἀποσφαλέντας ἐπὶ τὰ πλάγια. Ἐπεὶ δὲ πόλαι κατὰ καιρούς ὑπὸ διαφόρων πρὸς διαφόρους 2) καὶ διαφόρους ἀρμόζοντες οἱ νόμοι καὶ κανόνες τῆς ἐκκλησίας ἐτέθησαν (δέκα γάρ μετὰ τοὺς ἀποστόλους αἱ μεγάλαι τῶν πατέρων γεγόνασι σύνοδοι, πρὸς τούτοις δὲ κῦ καὶ Βασίλειος ὁ μέγας περὶ πολλῶν ἐκανόνισεν), εἰκότας δὲ διὰ τοῦτο σποράδην ὑπὸ αὐτῶν, ὡς ἀπήτει τὰ κατὰ χρόνον 3) ἀναφυόμενα, καὶ οὐ τάξει τινὶ πραγμάτων ὡς ἐν κεφαλαῖς διηρημένων, οἱ κάνονες ἐγράφησαν· ὡς ἐκ τούτου δυσεύρετον εἶναι κομιδὴ καὶ δυσπόριστον τὸ πρὸς τινῶν ἀθρόως περὶ κανόνος 4) ἐπιζητούμενον. Διὰ τοῦτο χάριτι τοῦ Κυρίου, καὶ Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τὰ σποράδην ὑπὸ αὐτῶν ὄρισθέντα κατὰ καιρούς εἰς ἐν ἡμεῖς ἀθροῖσαι σπουδάσαντες, καὶ ταῦτα διελόντες εἰς τίτλους πεντήκοντα, οὐ τάξιν τινὰ καὶ ἀκολουθίαν ἀριθμῶν ἐφυλάξαμεν, πρῶτον 5), ὡς εἰπεῖν, καὶ δεύτερον καὶ τρίτον καὶ τέταρτον καὶ πέμπτον αὐθίς κανόνας συναψάντες· ἀλλ’ ὅμοια τοῖς ὅμοιοις ὡς οἶν τε 6) συναρμόσαντες, καὶ ἵστον ἵσω κεφαλαίῳ 7) συμπλέξαντες, ῥᾳδίαν ἐποιήσαμεν ἀμα καὶ ἀπονον τοῖς πᾶσιν, ὡς οἷμα, τῶν ζητουμένων τὴν εὑρεσιν· οὐκ αὐτοὶ τοῦτο μόνοι 8) καὶ πρῶτοι τῶν ἄλλων ποιῆσαι ὄρμίσαντες, ἀλλ’ ἐτέρους εὑρόντες ταῦτα διελόντας εἰς τίτλους ἐξήκοντα, καὶ μήτε τοὺς Βασιλείου 9) κανόνας τοῖς ἄλλοις ἐπισυγχάφαντας, μήτε δὲ ὅμοια τοῖς ὅμοιοις, ὡς ἔδει, πρόγματα συναρμόσαντες, ὡς ἐν τίτλοις· διὰ τὸ 10) πολλοὺς περὶ ἐνὸς κεφαλαίου κανόνας εὑρίσκεσθαι, καὶ δυσάλωτα γίνεσθαι τὰ περὶ τοῦ πρόγματος ἐνὸς παρὰ τῶν ὅλων 11) κανονιζόμενα, σαφεστέραν ὡς οἵοντες ἦν ἡμεῖς τῇ παραβέσει τῶν ὅμοιών ποιῆσαι τῶν κανόνων τὴν διαίρεσιν ἐσποδάσαμεν, τῆς ἐκάστου πρὸς τούτοις τῶν τίτλων ἐπιγραφῆς προσημαίνοστης εὖ μάλα τῶν ἐμφερομένων τὴν δύναμιν· ή δὲ τάξις αὗτη τῶν συνόδων μετὰ τοὺς ἀποστόλους καὶ πόσους ἐκάστη κανόνας ἐξέθετο, πόσους δὲ καὶ Βασίλειος ὁ Θαυμαστὸς συνεγράψατο, διὰ τῶν ὑποκειμένων ἀπονητὶ τοῖς ζητοῦσι γνωσθήσεται· ἔστι γάρ ὡδὲ πῶς ἔχουσα καὶ οὐκ ἀσυμφανής, ἀλλὰ καὶ λίαν εὐσύνηπτος τοῖς ἐντυγχάνειν ἐθέλουσιν.

obliqua deviarent corripentes. Quoniam igitur pro temporibus olim a diversis ad diversos diversisque concordantes leges et canones Ecclesiae editi sunt (decem enim, post apostolos, magnae patrum celebratae fuerunt synodi, praeterea etiam Basilius magnus de multis rebus canones composuit), idcirco non mirum si sparsim ab ipsis, prout res quae quibusque temporibus oriebantur exigenter, et non ordine quodam rerum veluti in capita distributorum canones scripti sint: adeo ut propterea difficile admodum inventu et conquisitu sit id quod a nonnullis consertim de canone requiritur. Praeterea, cum gratia Domini et Dei et Servatoris nostri Iesu Christi, ea quae passim ab ipsis definita sunt pro temporibus, in unum colligere magno studio enixi fuerimus, eaque in titulos quinquaginta distribuerimus, non ordinem quemdam et seriem numerorum servavimus, primum, ut ita dicam, et secundum, et tertium, et quartum, et quintum deinceps canones coniungentes: sed similia similibus quantum fieri potuit copulantes, et par pari capituli

connectentes, facilem simul et laboris expertem omnibus, ut opinor, eorum quae conqueruntur inventionem reddidimus. Non quod ipsi soli et primi inter caeteros ad hoc faciendum incitati fuerimus, sed cum alios compererimus ea in titulos sexaginta divisisse, ac neque Basili canones cum aliis coniunxisse, neque res similes similibus, ut oportebat, velut sub titulis composuisse, propterea quod multi de uno capite canones reperirentur, et ea quae ab omnibus de una re canonibus constituta sunt deprehensu essent difficilia: clariorem, quantum fieri potuit, nos similium collatione et compositione canonum, divisionem facere contendimus: unaquaque praeterea titulorum inscriptione eorum quae propoundingunt vim optime declarante. Ipse autem ordo syndorum, quae post apostolos celebratae sunt, et quot unaquaque canones edidit, quot vero Basilius admirandus conscripsit, ex iis quae subiiciuntur nullo negotio quaerentibus innotescet: ordo enim eo modo digestus minime obscurus est, verum etiam valde perspicuus iis qui legere volunt.

συνελθόντες μοσq. 2.—1) αὐθίς τοὺς lb. et val. 2.—2) πρὸς διαφόρους om. mosq. 2, καὶ διαφόρους id. —3) χρόνους id. —4) περὶ κανόνων id. om. mosq. 1. —5) πρῶτον καὶ τότε mosq. 2.—6) οἶστε τε ἡ mos-

quens. 1, vatic 2. petroburg. — 7) τῶν ἵσων κεφαλαίων al. cod. Iust. cum mosq. 2.—8) μόνον mosq. 2.—9) τοῦ ἀγίου βασ. id et petroburg. cum alio Iust. —10) διὰ τοῦτο iid. — 11) τῶν πολλῶν mosquen. 1.

'Η τάξις τῶν συνόδων 1).

Οἱ μὲν ἄγιοι τοῦ Κυρίου μαθηταὶ καὶ ἀπόστολοι ὑδοτήκοντα πέντε διὰ Κλήμεντος κανόνας ἔχεδεντο· μετὰ δὲ τούτους οἱ καθεξῆς καθὼς ὑποτέτακται.

Τῶν ἄγιών την πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ συνελθόντων 2), ἐν ὑπατείᾳ Παυλίνου καὶ Ἰουλιανοῦ τῶν λαμπροτάτων, ἵτους ἔξακοσιωστοῦ ἔκτου 3) ἀπὸ Ἀλεξάνδρου, ἐν μηνὶ δεσιῶ 4) πρὸ δέκα τριῶν καλανδῶν Ἰουλίων, κανόνες εἶχοσι.

Τῶν ἐν Ἀγκύρᾳ 5) μακαρίων πατέρων, οἵ τινες προγενέστεροι μὲν εἰσὶ τῶν ἐν Νικαίᾳ κανόνων, δευτερευούσι δὲ διὰ τὴν τῆς οἰκουμενικῆς συνόδου αὐθεντίαν ἥτοι παρρησίαν, κανόνες κέ.

Τῶν ἐν Νεοκασταρείᾳ ἄγιών πατέρων (καὶ αὐτη τῆς μὲν ἐν Νικαίᾳ πρώτη γέγονε, τῆς δὲ ἐν Ἀγκύρᾳ, δευτέρα· διὰ δὲ τὴν τιμὴν προτέτακται 6) αὐτῶν ἡ ἐν Νικαίᾳ κανόνες ιδ.

Τῶν ἐν Σαρδικῇ συνελθόντων, μετὰ τοὺς ἐν Νικαίᾳ πατέρας 7), κανόνες καί.

Τῶν ἐν Γάγγραις συνελθόντων πατέρων, ὡφ' ᾧ ἔχετέθησαν κανόνες κέ.

Τῶν ἐν Ἀντιοχείᾳ 8) συνελθόντων πατέρων, ὡφ' ᾧ ἔχετέθησαν κανόνες κέ.

Τῶν ἐν Λαοδικείᾳ τῆς Φρυγίας συνελθόντων πατέρων, ὡφ' ᾧ ἔχετέθησαν κανόνες νθ.

Τῶν ἐν Κωνσταντινούπολει συνελθόντων 9) πατέρων, ὡφ' ᾧ ἔχετέθησαν κανόνες σ'.

Sancti Domini discipuli et apostoli, octoginta quinque canones, Clementis opera, ediderunt: post hos vero, qui deinceps consequuti sunt, prout infra subiectum est.

Sanctorum CCCXVIII patrum Nicaeae congregatorum, consulatu Paulini et Iuliani clarissimorum, anno ab Alexandro sexcentesimo sexto, mensis Desii decimo nono, XIII. Kal. Iulii, canones XX.

Beatorum patrum Ancyrae congregatorum canones XXV, qui quidem nicaenis canonibus tempore priores, propter auctoritatem vero seu firmitatem generalis synodi, posteriores sunt.

Sanctorum patrum Neocaesareae congregatorum

cum marg. Iust. —1) κανόνων Iust. et multi codd. —2) ἐπὶ Κωνσταντίου μεγάλου οχον. coisl. 1, mosq. 1, 2. —3) ἵτους: ζωη̄ ἀπὸ κτίσεως coisl. 2. —4) δεσιῶ ἥτοι ιουνιώ id. ὃς ἔστι μάξις Iustell. marg. —5) τῶν ἐν Ἀ. μακαρίων πατέρων mosquensis 1. —6) προτεταγμένοις εἰσὶ καὶ αὐτῶν οἱ νικαῖας. id. et al. Iustelli. —7) ὡφ' ᾧ ἔχετέθησαν add. mosq. et Coisl. 2. Scholium habent mosq. 2. et petroburg. in margine: 'Η ἐν Σαρδικῇ σύνοδος οὐ ἔτη μετὰ τὴν τελευτὴν Κωνσταντίου ἐν ὑπατείᾳ Ρουφίνου καὶ Εὐσεβίου, κατὰ θέλησιν Κωνσταντοῦ καὶ Κωνσταντίου, ἥτις ἐν τῷ ἑαυτῆς ὄφῳ ἀδειαὶ ἔδωκεν τῷ Πάτριῳ ἐπισκόπῳ τοκοτηρητᾶς ἑαυτοῦ ἐκπέμπειν, ὄφειλοντας ἐπιχειρεῖν τὰ ὅπια πλειόνων ἐπισκόπων κεχριμένα. Quae quidem et optime cum Athanasii chronico de temporibus concordant, ut recte sardicensis synodi annus sit 344, et perspicue iura Sedis apostolicae confitentur, nulla insuper querela addita, praeter omnem Graecorum a Phollo consuetudinem: antiquum igitur scholium est, forte ipsius Ioannis, ut pleraque secutura deinceps. —8) Ἀντιοχείᾳ. Eorumdem codd. schol. η αὐτη σύνοδος παρουσίᾳ Κωνσταντίου

Iuris Eccles. Graec. Tom. II.

canones XIV. Ipsa etiam synodus nicaena quidem prior fuit, ancyra vero posterior, honoris vero gratia nicaena ipsis praeposita est.

Patrum Sardicae congregatorum post nicaenos patres canones XXI.

Patrum Gangris congregatorum, a quibus editi sunt, canones XX.

Patrum Antiochiae congregatorum, a quibus editi sunt, canones XXV.

Patrum Laodiceae Phrygiae congregatorum, a quibus editi sunt, canones LIX.

Patrum Constantinopoli congregatorum a quibus editi sunt, canones VI.

βασιλίως, ὑπατείᾳ Μαρχελλίου καὶ Προβιανοῦ εἰς ἔτει μετὰ τελευτὴν Κωνσταντίου. Quae rursus cum anno quem in superiori tomo satis incertae synodi dedimus, consentiunt. Huc vero coisl. 2 inepto transtulit notam quae vix neocaesariensi convenit adamussim: 'Εν ταύτῃ τῇ συνόδῳ παρῆν καὶ Γρηγόριος ὁ Θαυματουργὸς καὶ Φιρμιλιανὸς ὁ Καππαδοκίας. —9) συγιλθ. τῶν ἄγιων πατέρων, ὡφ' ᾧ ἔχετέθησαν καν. γ'. mosq. 2, tres ibi canones tantum, ut apud Dionysium Exiguum. Coisl. 2 plura inde addit quae proprie ad editionem secundam pertinent, sive IX saeculi. Habet enim de synodo CP ἥτις ἔστιν οἰκουμενικὴ β' σύνοδος.—de ephesina: καὶ αὐτη ἔστιν γ' οἰκουμενικὴ.—de chalcedonensi: καὶ αὐτη η οἰκουμενικὴ δ'. Pergit: 'Η μεγάλη καὶ οἰκουμενικὴ σύνοδος εἰς ἐν ΚΠ. —Τῶν ἐν Καρθαγίνῃ συνελθόντων ἄγιων καὶ σεβασμίων πατέρων κανόνες εμζ.—Τῶν ἐν τῇ τρούλλῳ τοῦ παλατίου ἐν ΚΠ. συνελθόντων, ὡφ' ᾧ ἔχετέθησαν κανόνες εβ' (cod. κβ', ex quo errore alia verba fluxerunt male de sequentibus accepta et repetita).—Τῶν ἐν Νικαίᾳ τὸ β' συνελθόντων ἄγιων πατέρων, ὡφ' ᾧ ἔχετέθησαν κανόνες κβ'. αὐτη ἔστιν οἰκουμενικὴ ζ'.—Τῶν

Τῶν ἐν Ἐφέσῳ συνελθόντων πατέρων, ὃν ἐξετέθησαν κανόνες ζ'.

Τῶν ἐν Χαλκηδόνι συνελθόντων πατέρων, ὃν ἐξετέθησαν κανόνες κζ'.

Εἰσὶ δὲ καὶ τοῦ ἀγίου Βασιλείου κανόνες τὸν αριθμὸν ξη'.

Patrum Ephesi congregatorum, a quibus editi sunt, canones VII.

Patrum Chalcedone congregatorum, a quibus

editi sunt, canones XXVII.

Extant etiam sancti Basillii canones numero LXVIII.

Tίτλων κατάστασις τῆς περιγραφείας.

In plerisque codicibus hic praenotantur L tituli, iisdem quibus infra verbis, sine ulla varietate quae indicem rescribi iubeat. Post titulum ultimum additur: Τέλος τοῦ πίνακος τῶν γ' τίτλων. Duos iambicos subdit codex primus ex laurentianis:

Εἶπη φαν ὡδε κανόνων τίτλοι τέλος
Ἄποστολικῶν ἀμα καὶ τῶν πατέρων.
·δέχη τῶν τ' τίτλων.

Τίτλος Α'. Περὶ τῆς ὄρισθείσης τοῖς πατριάρχαις ἐκ τῶν κανόνων τιμῆς, καὶ τοῦ μὴ ἔξειναι την αὐτῶν ὑφαπτάζειν ἐπέρεψην προστήκουσαν ἐπὶ χειροτονίᾳ καὶ διοικήσειν, ἀλλὰ καὶ τὰς ὑφαπτάγεισας ὥητο τοῖς ἀδικηθεῖσιν ἀνταποδίδοσθαι.

TITUL. I. De honore patriarchis ex canonibus decreto, et quod non licet cuiquam horum provinciam, ordinatiois atque administrationis causas, surripere, verum etiam surreptas iam iniurta affectis reddendas esse.

"Ἐχει κανόνας ζ'.—α'. Τῆς ἐν Νικαιᾷ συνόδου ζ.—β'. Τῆς αὐτῆς συνόδου ἐκ τοῦ καν. ζ'.—γ'. Τῆς ἐν ΚΠ. συνόδου καν. β'.—δ'. Τῆς αὐτῆς συνόδου καν. γ'.—ε'. Τῆς ἐν Ἐφέσῳ συνόδου καν. ζ'.

Tria scholia habet cod. pars. sed sere evanida, quorum ultimo notari videtur, canonem ephesinum in plures dividi partes; unde forte sex canones huic titulo ascripti, cui tantum quinque remanent.

Edd. om. can. CP. III.

Τίτλ. Β'. Περὶ τῆς ὄρισθείσης τοῖς μητροπολίταις ἐκ τῶν κανόνων τιμῆς, καὶ τῶν ἐκ βασιλικοῦ γράμματος μητροπολιτῶν γινομένων, καὶ περὶ τοῦ μὴ δεῖν αὐτούς διοριάν ὑφαπτάζειν ἐπέρεψην προστήκουσαν, μήτε μίαν ἑταρχίαν εἰς δύο κατατίμενην.

TITUL. II. De honore metropolitanis ex oecumenicis decreto, et de metropolitanis ex imperiali scripto factis, et quod non oporteat ipsos pagos ad alium pertinentes usurpare, neque provinciam unam in duas dividere.

"Ἐχει καν. δ'.—α'. Τῶν ἀγίων ἀποστόλων καν. λδ'.—β'. Τῆς ἐν Ἀγιοχείᾳ συν. καν. δ'.—γ'. Τῆς ἐν Χαλκηδόνι συν. καν. ιβ'.—δ'. Τῆς αὐτῆς συν. καν. ιζ'.

Τίτλ. Γ'. Περὶ τοῦ μὴ δεῖν ἐπίσκοπον ὑπὲρ διοικησιν ἀκλητον παραγίνεσθαι, πλὴν εἰ μὴ δι' ἐποψίαν κτήσεως αὐτῷ διαφερούσης, μήτε δε χειροτονεῖν ὑπερόρια.

ἐν ΚΠ. τὸ Λ' καὶ Β' συνελθόντων ἀγίων πατέρων ἐν τῷ ναῷ τῶν ἀγίων καὶ πανευφήμων ἀποστόλων καν. ζ'.—Τῶν ἐν τῷ περιωτύμῳ ναῷ τῆς τοῦ Θεοῦ Σοφίας συνελθόντων πατέρων, ὃν ἐξετέθησαν καν. ια'.—Τῶν ἐν Χαλκηδόνι ἀγίων πατέρων ὃν ἐξετέθησαν καν. η'

TIT. III. Non oportere episcopum ultra dioecesis suam prodire non vocalum, praeferquam possessio[n]is ad se pertinenter invicendi gratia, neque extra dioecesis suae limites ordinare.

"Ἐχει καν. ζ'.—α'. Τῶν ἀγίων ἀποστόλων καν. λε'.—β'. Τῆς ἐν Σαρδηνῇ συν. ἐκ τοῦ καν. γ'.—γ'. Τῆς αὐτ. συν. ια'.—δ'. Τῆς αὐτ. συν. ιβ'.—ε'. Τῆς ἐν Ἀγιοχ. σ. καν. ιγ'.—ζ'. Τῆς αὐτ. συν. καν. ιβ'.

Edd. eadem in alio ordine ut saepe in variis codd.

Τίτλ. Δ'. Περὶ τοῦ περιχωρούμενα εἰναι ὅπο τῶν ἔκκλησιν παστοποιῶν ταὶ ἴδια τοῦ ἐπισκόπου πρότυματα, καὶ ἕχειν πάτον ἔξουσίας αἵ; ἢν βούλοιτο ταῦτα καταληπτῖν.

TIT. IV. Proprias episcopi res ab ecclesiasticis separatas esse, spesque potestalem habere eas relinquendi quibuscumque voluerit.

"Ἐχει καν. γ'.—α'. τῶν ἀγ. αἱ. καν. μ'.—β'. Τῆς ἐν Ἀγιοχ. συν. καν. ιβ'.—γ'. Τῆς Χαλκ. συν. καν. ιβ'.

In pars. scholium ad can. app. 40: Τούτῳ ἀγήρται ὑπὸ τῶν νεαρῶν διατάξεων ἐν τῷ β' κεφ. τῆς γεαρᾶς οὗ, ι. τ. i. Quae quidem ad vulgatam novellam LXXII non attinent, sed respiciunt quod Nomocanon in eodem tit. III habet ex cod. lib. XLII. §. 2.—Schol. II ad can. chalced. Καὶ τοὺς ἐν Ἀγιοχίᾳ κυροῖ κανόνας.

Τίτλ. Ε' Περὶ τοῦ δεῖν τὸν ἐπίσκοπον ἔχειν ἔξουσίαν διοτεῖν τὰ τῆς ἔκκλησίας διὰ προσβυτέρου καὶ διακόνων, καὶ πιστοὺς οἰκονόμους ἐκ τούτων προβάλλεσθαι, καὶ χορηγεῖν ἐπιμολὼν; τοῖς δεομένοις τὰ δίοντα, μεταλαμβάνον δὲ καὶ αὐτὸν τῷ ἀναγκαίῳ, εἰ δέοτο, καὶ συγγενεῖς παρέχειν ὡς πένησιν, ἐξ ἵσου τοῖς ἄλλοις, εἰ δέοιντο.

TIT. V. Oportere episcopum habere potestatem administrandi ea quae ad Ecclesiam pertinent, presbyterorum et diaconorum opera, ac fideles oeconomos ex iis designare; nec non indigentibus ea quae sunt opus seduto suppeditare, ἐργαζειν res sibi

(Hos canones spuriis ex eodem codice primum dedi in Spicil. t. IV p. 483 et in tomo superiori p. 436.)—Τῶν ἐν ΚΠ. πατέρων ἐπὶ τῶν ημερῶν τοῦ ἀγιωτάτου καὶ οἰκουμενικοῦ πατριάρχου κυροῦ Νικολάου κανόνες ι. Εἰσὶ δὲ τοῦ ἀγίου Βασιλείου κεφ. πδ. Hactenus cōsiliianus.

necessarias, si opus habeat, accipere; et consanguinitatis suis, si indigent, tanquam pauperibus, partiter atque aliis praebere.

"*Ἔχει καν. ε'.—α'. Τῶν ἀγ. ἀπ. καν. λη'.—β'. Τῶν αὐτῶν καν. μα'.—γ'. Τῶν αὐτῶν καν. νζ'.—δ'. Τῆς ἐν Ἀγιοχ. συν. καν. κε'.—ε'. Τῆς ἐν Χαλκ. συν. καν. κζ'.—*

Scholium erat in paris. ad can. apost. 38, iam tineis erosum.

Τίτλ. ζ'. Περὶ τοῦ μὴ δεῖν ἐπίσκοπον ἀκοδημοῦντα πρὸς κύριον ἀνόντα ἑαυτῷ χειροτονεῖν ὃν θελήσοις ἐπίσκοπον ἢ καταλιπεῖν τινὶ τῆς ἐπισκοπῆς τὸ ἀξίωμα.

ΤΙΤ. VI. Non oportere episcopum, ad Dominum abeuntem, in locum suum designare quemcumque voluerit episcopum, aut relinquere aliqui episcopatus dignitatem.

"*Ἔχει καν. β'.—α'. Τῶν ἀγ. ἀπ. καν. οζ'.—β'. Τῆς ἐν Ἀγιοχ. συν. καν. κγ'.—*

Τίτλ. ζ'. Περὶ τοῦ δεῖν τὸν ἐπίσκοπον ὑπὸ τε τοῦ μητροπολίτου καὶ τῶν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ πάντων χειροτονεῖσθαι ἢ παραγινομένων αὐτῶν ἢ συντιθεμένων ἐγγράφως, καὶ μὴ τοῖς ὅχλοις ἐπιτρέπειν τὰς ἀκλογάς ποιεῖσθαι τῶν ἐπίσκοπων καὶ περὶ τοῦ μὴ δεῖν ἐν κώμαις καὶ κωρίοις ἐπισκόπους καθιστασθαι, ἀλλὰ περιοδευτάς.

ΤΙΤ. VII. Oportere episcopum tum a metropolitano, tum etiam ab omnibus eiusdem provinciae episcopis ordinari, vel praesentibus ipsis vel scriptis consentientibus, ac non multitudini permittere episcoporum electiones facere; item quod non oporteat in pagis ac vicinis episcopos constituti, sed circuitores.

"*Ἔχει καν. ι'.—α'. Τῶν ἀγ. ἀπ. καν. α'.—β'. Τῶν αὐτῶν καν. β'.—γ'. Τῆς ἐν Νικ. συν. καν. δ'.—δ'. Τῆς αὐτ. συν. καν. ζ'.—ε'. Τῆς ἐν Σαρδ. συν. καν. ζ'.—ζ'. Τῆς ἐν Ἀγιοχ. συν. καν. ιβ'.—ζ'. Τῆς αὐτῆς συν. καν. ιθ'.—η'. Τῆς αὐτῆς συν. καν. ιγ'.—ι'. τῆς αὐτῆς συνδ. καν. νζ'.—*

Edd. om. can. 2 app. et 12 antiochen.

Τίτλ. Η. Περὶ τοῦ δεῖν τὰς χειροτονίας τῶν ἐπίσκοπων μὴ πλέον τριμηνιαῖον ἀναβάλλεσθαι χρόνον τούς δὲ ἀπὸ λαῖκῶν εἰς τούτο καλουμένους πλείονα δοκιμάζειν καιρὸν, καὶ διὰ πάγτων παράγειν αὐτοὺς τῶν βαθμῶν, τὰς μέντοι προσόδους τοῦ τῆς ἀναβολῆς χρόνου παρὰ τῷ οἰκονόμῳ τῆς αὐτῆς ἐκκλησίας φυλάττεσθαι· εἰ δέ τι τῶν ἐκκλησιαστικῶν οἱ ταῦτα διοικοῦντες ἀπεμπολῆσσοιν, τί δέοις περὶ τούτων γίνεσθαι.

ΤΙΤ. VIII. Oportere episcoporum electiones haud ultra tres menses differri: eos vero qui ad hoc munus ex laicis vocantur, diuinus examinare, ac per omnes gradus ipsos promovere; verumtamen redditus dilationis tempore percepiros apud economenum asservare. Si quid vero honorum ecclesiasticorum qui ea administrant, vendiderint, quidnam de iis fieri oporteat.

"*Ἔχει καν. γ'.—α'. Τῆς ἐν Ἀγκύρᾳ συν. καν. ιι'.—β'. Τῆς ἐν Χαλκ. συν. καν. κε'.—γ'. Τῆς ἐν Σάρδαις ι'.—*

Scholium in A partim extinctum haud obscure memorat quae Nomocanon ex novellis habet in eod. titulo: δηλονότι διάταξις ελ' (?) ἐν τῷ λ' κεφαλ. λέγει ἐπὶ τῶν ἀναμεινόντων καὶ ὁφιλόντων ψηφίσματα ποιῆσαι μετά ἔξαμηνισιον ἔξειναι τῷ τὴν διοίκησιν ἐμπειστευμένῳ προχειρίζεσθαι κ. τ. ε.

Τίτλ. Θ'. Περὶ τοῦ εὐγοῦχον μὴ ἑαυτὸν ἐκτέμνοντα, εἰς ἐπισκοπῆς ἄξιος εἴη, μὴ ἀποδοκιμάζεσθαι μήτε δὲ χωλὸν ἢ μονόψθαλμον, πλὴν εἰ μὴ κωφός τις εἴη, ἢ τυφλός, ἵνα μὴ τὰ τῆς ἐκκλησίας παρεμποδίζοιτο.

ΤΙΤ. IX. Eupuchum, dummodo seipsum non exsecuerit, si episcopatu dignus sit, non esse reiūcendum; neque vero claudum aut unoculum, praefer quam si surdus aut coecus sit, ne ecclestiae munia impediantur.

"*Ἔχει καν. γ'.—α'. Τῶν ἀγ. ἀπ. καν. κα'.—β'. Τῶν αὐτῶν καν. οζ'.—γ'. Τῶν αὐτῶν καν. οη'.—*

Τίτλ. Γ'.—Περὶ τῶν χειροτονουμένων ἐπισκόπων ἡ πρεσβυτέρων καὶ τὴν λειτουργίαν μὴ καταδεχομένων ἢ μὴ διεχθέντων ὑπὸ τῆς πόλεως εἰς ἢν καθιερώθησαν, οὐ παρὰ τὴν αὐτῶν, ἀλλ' ἐπέρων αἰτίαν, ἢ τῶν μετὰ τὴν χειροτονίαν ἀμειλούντων τοῦ λαοῦ καὶ τοῦ κληροῦ.

ΤΙΤ. X. De episcopis et presbyteris, qui ordinati suum munus non suscipiunt, aut ab urbe in quam consecrati fuerant, non sunt recepti, non sua, sed aliorum culpa, aut qui post ordinationem populum et clericum negligunt.

"*Ἔχει καν. η'.—α'. Τῶν ἀγ. ἀπ. καν. λη'.—β'. Τῶν αὐτῶν καν. ηη'.—γ'. Τῆς ἐν Ἀγιοχ. συν. καν. ιζ'.—δ'. Τῆς ἐν Αὐτῆς συν. καν. ιη'.—*

